

SAV

De. s. Paulo apo stolo. B Fo. cxij.

cere ponit et ligno pedibus affigit. in listris lapidat. i iconio et thessalonica ab iniquis psequit. In epheso feris datur. In damasco p spouta e muro deponit. In hierlm sistit ceditur ligat. insidiat. In cesaria claudit. criminat. In nauigas in ycaliam periculo dirigit. Roma veniens sub Nerone iudicat: et occisus fuit. hec Hilari. Applatum inter gentes accepit quendam contractum in listris erexit. Funenē qui de fenestra ceciderat et expirauerat suscitauit. et multa alia miracula fecit. Apud mitilena in insula viperam manu eius inuasit: sed nihil eum lesit quoniam in ignem ipsam excussit. Dicit quoque quod omnes qui de progenie illius hominis qui Paulum hospitio suscepit: nascuntur: a venenosis vllatenus non leduntur. Unde cum pueri nati sunt: in unis eorum serpentes ponunt. ut probet si vere eorum filij sunt. Inuenit autem aliqui quod Paulus est minor Petro. quoniam maior. quoniam equalis. Sed reuera minor dignitate maior predicatione. equalis sanctitate. Refert Na ymo. quod Paulus a pulloz cantu usque ad quintam horam labori manuum insistebat. Beinde predicationi vacabat ita quod plerumque usque ad noctem sermonem pertraheret. Residuum vero temporis comestioni. somno orationi satis necessarium erat. Cum venisset vero romam cum Nerone non dum esset in imperium confirmatus. et etiam audiens quod de lege iudeorum et fide christianorum inter Paulum et iudeos questio vertebatur: non multum inde curauit. et sic Paulus quo volebat libere ibat. et libere predicabat. Hiero. quoque in libro de viris illustribus ait. quod xxx. anno a passione domini hoc est Neronis secundum Paulum romam in carcerem mittit: et per biennium in libera manens custodia: adversus iudeos disputavit. Deinde a Nerone dimissus: euangelium in occidentis partibus predicavit. Quartodecimo vero Neronis anno. eodem anno et die quo crucifixus est Petrus. capite truncatus. hec Hiero. Si autem sapientia et religio ubique divulgabatur et ab omnibus admirabilis habebatur.

Adultos etiam de domo cesaris sibi in amicitiam copulauit: et eos ad christi fidem convertit. Quaedam etiam scripta eius contra cesarem recitata sunt et ab omnibus mirabiliter comodata. Senatus etiam de illo alata non mediocriter sentiebat. Quadam vero die dum Paulus circa vespas in quodam solario predicaret. quidam iuuenis nomine patroclus pincerna neronis. et sibi admodum dilectus. ut Paulum propter multitudinem commodi audiret: fenestram ascendit. et Paulum ibi dormitando decidens expiravit. Quod audies Nero plurimum de eius morte doluit: et statim alium in eius officium ordinavit. Paulus vero per spiritum hoc cognoscens: dixit astantibus ut illuc irent ad patroclum cesaris: karissimum ad se defunctum afferrent. quos allatum: Paulus suscitavit. et ad cesarem cum socijs suis misit. Qui cum de morte eius lamentaretur: ecce patroclus viuentem adesse pro foribus nunciatur. Audiens Nero patroclum viuum quem paulo ante nouerat mortuum: plurimum quidem expauit et eum ad se ingredi recusauit. sed tandem persuasum amicum introire permisit. Cui Nero ait. Patrocle uiuis? Et ille. Cesar uiuo. Et Nero. Quis te fecit uiuere? Et ille. Dominus ihesus christus omnium rex seculorum. Frater Nero dixit. Ergo ille regnabit in secula. et soluet omnia regna mundi. Cui patroclus. Etiam Cesar. Tunc Nero dedit ei alapam dicens. Ergo militas illi regi. Et ille. Utique milito. quod me a mortuis excitauit. Tunc quoniam ministri imperatoris qui ei iugiter assistebant: dixerunt ei. Cur imperator percutis iuuenem prudentem et veracem respondere. Nam et nos illi regi inuicissimo militamus. Quod audies Nero: eos reclusit in carcere: ut inuicem torqueret: quos ante nimis dilexerat. Tunc omnes christianos fecit iniquiri: et omnes sine interrogatoe per tormenta varia puniri. Tunc Paulus vincens inter ceteros ante neronem adductus est. Cui Nero. Quomodo magni regis tuus mihi ante vincit? Cur milites meos mihi subera-

p i